Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 664071-0
Fax: +43(732) 664071-344

pellani corruit: postulans veniam de commissis quam et impetrauit: sibiq; statim capellanus rem prout gesta erat retulit. Auditis vero sermonibus istis: omnes glorificauerũt virginem Mariam que non deserit sperantes in se. O mi frater considera verba et rem gestam: et scribe in cor tuũ: q͂ gloriosũ et fructuosũ est iugiter seruire summo principi celestis patrie domino nr̃o iesu christo: et eius beatissime genitricis virgini marie in sancta et casta vita sicut iste Damascenus fecit. Nã quantũcunq; damnat sibi inobedientes: sic eos in infinitũ exaltat hic et in futuro seculo sibi seruientes. Sed heu amatores huius seculi: sicut tu es mi frater non attendunt ista: sed huic seculo omnino sunt conglutinati: quamuis pluries ammoueant: iam prospera iam per aduersa: iam per verba: iam per inspirationem: tñ non curant: et quasi insani et frenetici errant. Sicut ait beatus Jeronimus. Ludere et congaudere cum hoc seculo non est hominis sensati. Sic fuit iste damascenus: qui cor mundum non cum seculo habuit iocundum et letum: sed cũ deo et eius matre maria. Non est enim verior insania q͂ huius seculi letitia. Augu. Gaudiũ mundanorum est gaudiũ freneticorum. Nõ quare multi intrant in perditiõem per latam et spaciosam viam. Hec est prout scribitur ecclesiastes. j. Peruersi difficile corriguntur et stultorum infinitus est numerus. qui heu potius respiciũt presentem vitam q͂ terminum eius sequentem. Quibus loquitur Johannes Criso. d. Non aspicias q͂ aspera sit via: Sed attende de quo dirigit: nec considera q͂ arta sed vbi desinit Ex quibus elicitur vnũ quod valde timendũ est scilicet durãte statu moderni temporis infinitis malis exigentibus que heu vbiq; terrarũ iam currũt: pauci erũt de numero saluandorum. Quod innuit saluator. d. Multi sunt vocati: pauci vero electi: Non q͂ ab initio mundi pauci saluentur. Sed secundum doctores quo ad multitudinẽ damnatorum pauci dicuntur. Nam inter bonos et malos hec est distantia. Quia mali volunt facere festum ante vigiliã: Volentes in hoc seculo gaudere temporaliter et in futuro seculo faciunt vigiliã pro festo quod hic habuerunt: et eternaliter flebũt Quod bene innuit beatus Gregorius. in ome. xj. super illo verbo. Ibi erit fletus et stridor dentium sic itaq; inquiens.